



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

71. In Festo S. Cæciliæ, tripart. Fiat Domine cor meum immaculatum, ut non confundar. Psalm 118.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

o filia Principi! Quindecim sunt Beatorum gradus. Novem enim sunt chori Angelorum, deinde Patriarchas, Prophetas, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines. Præsignificabatur ascensura MARIA super omnes hos gradus, quia Virgines castitate, Confessores innocentia vite, Martyres constantia & virtute, Apostolos sapientia & charitate, Patriarchas ac Prophetas lumine ac fide, Angelos omnes puritate, immo & ipsos Seraphicos spiritus ardore erat supergressura. Rursus ergo repeto: *quam pulchri sunt gressus tui, o filia Principi!*

MY. quid in templo egerit & popularit

Bona v. o. puse. de vita christi c. 3.

Cermanus Constant. Bonav. And. Cretenst. Georg. Hom. ab. Virg.

Quod si queras, quid postmodum egerit, in templo MARIA? Certum est divinam & cœlestem ibi vitam egisse, & continuò disposuisse ascensiones in corde suo, ac descensiones in mystica scala. Ascensiones quidem, per actus contemplationis, per actus devotionis, per actus sublimis amoris, quibus continuò profecit. Descensiones vero, per actus profundissime adorationis, perfectissime humilitationis, abjectionis, abnegationis sui, exinanitionis: quibus gradibus quo magis anima coram se descendit, eo magis coram Deo ascendit. S. Bonaventura dicit Virginem p̄x̄ cuidam mulieri revelasse; in templo quotidie se septem postulasse dona. 1. Gratiā uberrimā, quā cum ex corde diligeret. 2. Gratiā amandi proximum, & omnia quæ à Deo amanantur. 3. Gratiā odiendi omnia quæ Deus odit. 4. Ut daret sibi humilitatem, patientiam, & virtutes alias, quibus gratior semper fieret in oculis Dei. 5. Ut favorem ei impertiretur videndi Virginem Deum parturam. 6. Ut daret promptam obedientiam erga Pontificem & Sacerdotes. 7. Ut conservaret templum, ministros, omnemque populum. Quicquid sit ea de re, certum est eam specialiter illuminatam fuisse, donoque orationis & contemplationis excelluisse ac de Angelicis apparitionibus solatium accepisse: Immo per Angelos cibum accepisse, antiqui Patres tradunt. Inter quos Georgius Episcopus Nicomedie sic fatur. Tu, O homo, admirabilem in templo vivendi rationem audiens Virginis, noli dubitare, noli examinare ratione ea, quæ non potest capere cogitatio. Vides Dei Verbum ineffabili modo habitasse in eius utero, & convendens fuerit, ne alimentum materiale, aut materia experis, quo vesceretur? Vides paterno consilio Spiritus adumbrationem, & de ministerio Angelorum dubitas? Ex magnalibus Virginis, nihil est, quod non sit conveniens. Oportebat divinum tabernaculum auferri talibus ascensionibus, talibus cibis agnam immaculatā vesci.

IN FESTO S. CAECILIAE.

LEC. 70. bipartita.

PARS I. quam

Fiat, Domine, cor meum immaculatum, ut non confundar, Psal. 118.

Notum est experientiā illud: *Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta*

*corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Hic fit ut sit divi, sancta, fa, sive distracta per varias sollicitudines & curas, certis, ita ut uni Domino, vacare non possit. Nemo certe, qui ignorat quantæ distractiones sequantur conjugium, dum variis est intendendum. Ibi enim quædammodo animus est patiens in virum, in pro, in famulos & ancillas, in coram denique militiam, eiusque administrationem. Hinc molæ cogitationes, & sollicitudines, de negotiis, de lucro, de opibus, de conservatione vel augmento bonorum temporalium, de emendis fundis, de domibus struendis, de providendo filiis aut filiabus. Quæ certè omnia terræ animi immergunt, & loque avocant, vel dispergunt. Sequuntur & alia Tribulationis carnis, in conceptu prolis, in gestatione uteri, in partu, in infantrum educatione & anxia cura, ita ut vix matres die nocteque, circa aliud possint occupari, quàm circa proles, idque passim cum magna animi & corporis inquietudine, & cum impedimento orationis & salutis. Propterea dixit apostolus: *si nupserit virgo, non peccavit tribulationes tamen carnis habebunt huiusmodi. Quid ita? quia aperiant sibi contingit copulam dolorum officinam, inquit S. Basilus l. de S. Virginit. In eandem sententiam dixit S. Gregor. Bonum est conjugium sed mala sunt quæ circa illud ex huius mundi cura succrescunt. Sicut sepe iter rectum est & mandum, quod pergitur & tamen ortu iuxta viam veribus, per vestimenta retinemur, & à latere nascitur, quo pungamur. Itaque hoc ferè contingit: Quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi.**

E contra status cœlestis dat occasionem ut angelus sese colligat in Deum & divina: dat otium & ministerium ad cœlestia, iter præparat ad æterna, ministerium facultatem serviendi. *patri spirituum, cuius gratiam oratione, & aliis piis operibus promerendi, puritatemque ac pacem conciliandi simul cum corporis munditie & quietudine: Virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. h. e. in hoc incumbit, ut pura sit & immaculata, tam mente, quam carne in Domino: Virgo corpore sancta est propter castitatem: spiritu autem sancta est, propter familiaritatem cum Deo, & Spiritus S. habitationem, inquit Occumenus, hunc interpretans locum.*

Hæc considerantes nonnulli ex Sanctis, vel matrimonium penitus detestantur, vel illo iurio, ex mutuo consensu castitatem illibatam conservant.

Side Ammonē juvene sanctissimo, qui tempore S. Antonii vixit, antequam gradum hieronice, quod amore castitatis à nuptiis planè foret alienus: amorem propinquoium importunis precibus tandem gerens, uxorem duxit. Sed prima nuptiarum nocte in conclave secretum cum sponsa ingressus, producens librum Epistoliarum S. Pauli cepit prælegere suæ uxori Caput septimum ad Corinthios, & illi exponere quæ ibi de nuptiarum

rum incommotis tradit Apostolus; onera conceptus, partus, educationis, deserto recensendo sermone, cum impedimentis salutis. Deinde de Virginitatis cōmodis, quamq; sit pura & lata cælebs vita, profectus est. Quo quidem sermone sic commota est sponsa, ut vitio castitatem amplecteretur: & ita in solitudinem se conferentes, illibate vive- runt per multos annos, nihil aliud cogitantes, quam ut sancti essent corpore & spiritu.

S. Alexius. Sic & S. Alexius Romanorum nobilissimus, vino inlicito sponfam inactam reliquens, sanctæ amicitia multis ei pignoribus datis, abiit quò divina dicebat voluntas, non aliud cogitans, quam ut sanctus esset corpore & spiritu.

S. Elzear. Sic Elzearius & Delphina Dei consilio conjuncti fuere, & casti ad conjugium accedentes, Virginitatis florem Iesu florido & Nazareno consecra- runt, in hoc unicum totà vitâ incumbentes, ut Deo placerent, & casti ac sancti forent corpore & spiritu.

S. Cecilia. Denique, ut propius ad propositum accedamus, hac in re excellit S. Cecilia, qua præter volun- tatem à Parentibus desponsata per nobilissimum Spon- so Flavianum, cum virginitatis ardentissimo zelo flagrat, non aliud cordi habebat, quam ut perma- neret sancta corpore & spiritu. Ut hoc obtineret, quid non egit? Attende singillatim.

1. Primo, appropinquante nuptiali festiuitate, triduanis sese conficit jejuniis, carnem mace- rans, ut immaculata caro foret, sicut & spiritus.

2. Secundo, sub veste serica & byssina, quæ ejus conditionem decebat, cilicio aspera membra do- mabat, ut hæc austeritate sibi conciliaret castimo- niam & puritatem.

3. Tertio ad hunc effectum Virgo hæc gloriosa sem- per Evangelium Christi gerebat in pectore. Sciebat in hoc Evangelio consilium castitatis à Iesu Chri- sto commendatum specialissimè; & promissa præmia his qui se castrant ob regnum cælorum. Cogitabat ergo qua Domini sunt, & ad illa præmia aspirabat.

4. Quarto, cantantibus organis & instrumentis musicis, quæ ad lætitiâ servium nuptialem & profanam, ipsa non aliud decantabat in corde suo: *Fiat Domine cor & corpus meum immacula- tum, ut non confundar.*

5. Denique, nec noctibus, nec diebus à divino ces- sabat alloquiis & oratione: idem scilicet, frequen- tissimè & enixissime obsecrans à Domino, ut cor- de & corpore sancta & immaculata posset per- manere. Sciebat enim illud Sapientis: *Et, ut servi, quoniam aliter ne posse continens, nisi Deus det, & hoc erat sapientia scire cujus esset hoc donum: adit Do- minum, & deprecatus sum illum ex totis precordiis meis.*

6. Quinimo & comprecatores ac intercessores de cælis ac cærebat, Angelos, Apostolos, Martyres, Virgines, & horum omnium Reginam MARIAM, ut voto potiretur suo, semper repetens & cordi illud habens: *Fiat cor & corpus meum immacula- tum, ut non confundar, Vitis floriger.*

Sic se omnibus Virginitatis, omnibus puritatis amatoribus, omnibus Christianis, poenitentia & mortificationis jejunii & austeritatis, orationis devotæ, assiduaque meditationis exemplar præ- batur, quod merito imitari debent, quando Deo placere contendunt, & ab eo quippiam impetra- re: Cogitent ferventer & frequenter quæ Domini sunt, & Dominus de illis vicissim cogitabit. Sic promittebat Dominus B. Catharinae Senen- si: *Filia esto sollicita mei, & sollicitus ac memor frequenter ero.* Quapropter B. Bonaventura explicans illud cogitanda quod Ecclesia de B. Cecilia canit: *Semper Evan- gelium Christi gerebat in pectore sui*, sic canit: *Inter ni sunt.*

alia virtutum & laudum præconia de Sanctissima Vir- gine Cecilia hoc canitur. Quod sic intelligere debemus, quod ipsa de vita Domini IESU Christi in sacro E- vangelio tradita quadam sibi devotiora prælegerat, in quibus meditabatur die ac nocte corde puro & inter- gre, ac intentione præcipua & ferventi. Et completâ circulatione incipientium, dulcique ac suavi gustu eadem quadam certo ordine ruminans, ea qua in ar- cano pectoris sui prudenti consilio collocarat, sedula re- volvebat. Hæc ille. Exemplum nempe dabat hæc ratione sanctæ meditationis sanctis Virginitatis, sive in sæculo agant, sive in Monasterio: exem- plum quoque præbebat sanctarum aspirationum; quas orationes jaculatorias vocant, dum crebro hæc ex imo cordis in cœlum, imò in cor IESU, jaculatur vocem: *Fiat cor & corpus meum immacu- latum, ut non confundar.*

Neque verò Deus patitur suos frustrari votis quæ ad ejus gloriam ordinantur: sed statim adest, quasi ad vocem oviculæ Pastor, ad clamorem pul- li Gallina, ad gemitum prolis Mater, ut sublevet, consoletur, protegat, & omne congruum impendat subsidium. Sic non est passus afflictam Cæciliam, metu perdenæ virginitatis, diu cum turbidis cogitationibus consistari, sed suggestit ei salubre consilium, quo & posset matrimonium inire, & virginitatem conservare: sicque factum est, ut permaneret cor & corpus ejus immacula- tum sine ulla confusione. Insuper enim per An- gelum cordi ejus magnam fiduciam, per quam nocte nuptiali in cubiculo separato nata quietem & silentium. Sic Sponsam allocatâ est: *O dilectis,*

Corde S. Cecilia per sine V. Aleriane, secretum grande Charcanum mihi est, quod tibi libens aperuero, si jurejurando istud te ceta- turum affirmes. Juravit ipse. Tunc illa: Volo te scire, me Angelum Dei habere amatorem, qui summo zelo custodit corpus meum: quod si attingere conatus fue- ris, iram proximus in te accendes suam, & perdet te. Sin autem agnoverit, quod simpliciter & immaculato amore mei teuearis, virginitatem meam custodiens, te sicut me diliget, & gratiam suam ostendet.

Nempe Angelus specialiter à Deo Cæciliae as- Angelus signatus eam ad virginitatis & castitatis zelum specialiter instigat, & in omnibus dirigebat, amulans Dei illi assigna- amulatione Virginem hanc sponfam castam exhibere us. Christo. Virginitatis scilicet. Tutores sunt & Instrutores

uu Ange-

Corde S. Cecilia per sine V. Aleriane, secretum grande Charcanum mihi est, quod tibi libens aperuero, si jurejurando istud te ceta- turum affirmes. Juravit ipse. Tunc illa: Volo te scire, me Angelum Dei habere amatorem, qui summo zelo custodit corpus meum: quod si attingere conatus fue- ris, iram proximus in te accendes suam, & perdet te. Sin autem agnoverit, quod simpliciter & immaculato amore mei teuearis, virginitatem meam custodiens, te sicut me diliget, & gratiam suam ostendet.

Nempe Angelus specialiter à Deo Cæciliae as- Angelus signatus eam ad virginitatis & castitatis zelum specialiter instigat, & in omnibus dirigebat, amulans Dei illi assigna- amulatione Virginem hanc sponfam castam exhibere us.

Angeli. Tutantur eas tamquam templum & domicilium spirituale Spiritus S. instrunt & instigant eas, ut imitentur Angelicam vitam & incorruptionem, ut & postea specialem coronam adipiscantur. Quocirca D. Athanasius: *O Virginitas, opulenta indeficiens, corona immarcescibilis, templum Dei, domicilium spiritus, margarita pretiosa, virtus & inferni profligatorum, Angelorum vita, corona Sanctorum, &c.* Propterea etiam Angelus apparet Anatoliz Virgini, jam desponsatae Tito Aurelio, dicebat: *O Virginitas, non in operibus tenebrarum, sed semper in lumine versata! Virginitas purpura regalia est, quam qui induit, reliquis sit eminentior. Virginitas gema est pretiosa. Virginitas thesaurus est regis immensus. Hinc fures infidias vendunt. Hanc tu evigilans sollicitus custodi, ne perdas. Quibus verbis mire ipsa in Christo confirmata, sponso nuntium remisit, & sororem suam, similiter desponsatam Eugenio, ad castitatem perpetuo servandam induxit, pro qua sanguinem fuderunt, illas accusantibus suis sponis in vindictam. Ita Ado Episc. Trevisin Martyrol. 23. Decemb.*

Lib. de
Virginitate

PARS II.
Quanto re-
to sponsum
suum ad
immacula-
rum cor &
corpus in-
duxerit.

Non sine effectu fuit S. Cæcilie sermo, & cum Valeriano colloquium. Ille enim salubri quodam illic correptus timore, dicit se optare videre illum Angelum, & ita se crediturum his quæ proponebat Cæcilia. Respondet ipsa, cæcis & immundis oculis non posse conspici tantum fulgorem, sed opus esse sacro prius lavacro, quo animæ oculi illuminentur, & lordes omnes tequantur. Incensus igitur desiderio videndi hunc Angelum, hortatu Cæcilie adit Urbanum Pontificem in crypta Martyrum latitantem, instruiturque ab eo de fide, immo & instruitur cælitus libello ad eum missio, in quo aureis scriptum erat litteris: *VNUS DEVS, VNA FIDES, VNVM BAPTISMA.* Denique sacre regenerationis lavacro summa cum pietate tingitur, postea propria tingendus sanguine.

Quanto exillit gaudio cor sancti Senis, dum videt Valerianum antea infidelem & ferocem, Christianique nomis oforem, tamquam agnelum micillimum venire ad fontem, ut immergatur, & inde emergeat cum eandore & puritate, eum lætitiâ & exultatione, quasi vellere candidissimo Agni sine macula coopertus, de postâ veste Pardi & varietatibus ejus, depositis exuviis conspersis veteris peccati vanis maculis. Ideo manibus in celum extensis, humique genibus flexis, abunde fluentibus lacrymis, dicebat: *Domine IESU Christe. Pastor bone, Seminatar casti consilii, suscipe seminum fructus, quos in Cæcilia seminasti. Ecce Cæcilia famula tua, quasi apes tibi argumensosa deferuit. Nam sponsum, quem quasi leonem accepit ferocem, ad te quasi agnoscere magis suæ iustitiam destinavit. Aperi ergo os tuum, ut loquar, & aperit os tuum, ut loquar, & aperit os tuum, ut loquar, & aperit os tuum, ut loquar.*

suam, renunciet Diabolo, & omnibus operibus, propriis ac dolis ejus.

Attende hic, quod Cæcilia meritorie apes arguit. Cæcilia mentosa dicitur, sive sedula & industriosa. Nempe apes Virgines caste Deo pieque ferventes, & aliorum mentosa salutem operam suam & exemplum impendentes, recte apibus comparantur. Quapropter Sapiens pro, postquam ad formicam pigrum remisisset, etiam ad apes cum remittit, ut considerando earum vias & opera, discat sapientiam. Sic enim habent septuaginta Interpretes, secundum lectionem S. Hieronymi in c. 3. Ezechielis: *Vade ad apem, & discet quomodo operatrix sit, & opus suum castum faciat, cuius laboribus Reges & imperii pro salute utuntur. Et quamvis viribus imbecilla sit, apud omnes tamen inclinata est, & apprimè grata, ut pro salute sapientiam commendandam in lucem educat. Nempe apes & tibi & aliis laborat, ejusque operatio casta est, & innocens, ac religiosa, venerandaque: quia apes castas sunt & virgines, nesciuntque concubium, & tamen maximum examen filiorum producant: ex rore quoque celesti concipiunt mel & ceram, quibus cereos Deo accendimus. Audi S. Ambrosium lib. 1. de Virginitate. Digna est Virginitas quæ apibus comparetur; sic laboriosa; sic pudica; sic continens. Rore pascitur apes, mella componit; & cum sit robore infirma, valida est vigore sapientia. Ad non tibi apes gloriosa & argumensosa videtur Cæcilia: Nonne illa instar apes, castitatem corporis mirè adamavit, & commendavit? Nonne plena melle fuit melle amoris & pietatis erga Dominum? Nonne mel suave divini eloquii, & favem cibumque celestem Valeriano, Tiburtio, aliisque propinavit? Nonne aculeo verborum minacium punxit & terruit Sponsum suum, ut eum ad meliora impelleret? Nonne ex spinis gentilitatis & infidelitatis flores eduxit perfectæ fidei & amoris divini, dum tot animas convertit? Certè vivebat ipsa rore celesti instar apes, ceramque conficiebat, ex qua cereos novos divino dedicaret Altari. Tot novi Christiani: tot fune cerei illuminati & accensi, illuminati fidei, accensi perfectæ charitate in gloriam Dei. Imò tot novi Christiani, per ejus eloquium suave ad Christum adducti, examen concipiunt novellum, exantepium, Deo ex integro oblatum, cæloque mox recondendum. O verè Apes argumensosa Cæcilia, infirma quidem robore corporis, sed valida vigore sapientie & amore virtutis; cuius operatio fuit admiranda, & omnibus sæculis illustris erit & gloriosa! Ad hanc ergo Apem vade, & considera, ac imitare vias ejus, quibus amat virtutem & sapientiam, & adimpleas monitum Sapientis.*

Sed ad Valerianum revertamur. Ille factis Fidei fundamentis per instructionem S. Urbanus, sacroque lavacro lustratus, veste candida indu-

indutus secundum antiquum Ecclesiae morem, purgatisque oculis interioribus cordis, redit ad sponsam suam, & eam invenit in cubiculo orantem, & Angelum Domini prope eam stantem, fulgentem pennis flammeis, & scintillans ante specie, duas coronas manibus gestantem: rosas & liliis splendentes. Quarum unam quidem dedit Caeciliae, alteram vero Valeriano, dicens: *Has coronas corde immaculato & puro corpore custodite, eas enim ex Paradiso Dei ad vos attuli. Hoc autem erit vobis signum. Nunquam marcescent, neque unquam perdent suavitatem odoris, neque unquam poterint ab aliis adipisci, nisi ab illis quibus sic placebit castitas, quomodo probatum est eam vobis placere.* Quia lilium candore suo Castitatis est symbolum, rosa vero purpureo suo colore indicat Martyrium: ideo ad utrumque Angelus, invitans hos conjuges, coronam ex liliis rosisque contextam eis exhibet, pignus coronae aeternae & immarcescibilis, quam per castitatem & martyrii certamen erant propediem adepturi.

S. Digna à S. Agatha & **Agatha** virginem quandam adolescentulam; merito & nomine *Dignam*, per somnum apparuit ei, rosas & lilia manu gestans, dixitque: *Ego sum Agatha, olim propter Christum divi attrita, supplicii, & nunc veni partem tibi purpurei muneris hujus conferre: accipe libens donarium, & viriliter age, nam reliquias rosarum & liliorum, quas in manu servo, post te ex hoc loco datura sum migraturis.* Tali virgo visione & munere illustrata, à dextera colloquentis Rosam suscepit, & exinde miro martyrii amore flagrabat. Unde cum tunc Sacraeconi fixissent in Ecclesiam Dordubensem, ad martyrium ultionem se se praesentavit. Erat autem ipsa de Claustro Dordubensi summâ humilitate atque obedientiâ inter convirginales ultimam se judicans: unde nunquam se appellari *Dignam* patiebatur, sed dicebat cum lachrymis: *Nolite me dignam vocare, sed magis indignam, quia cujus meriti sum, etiam nomine debeo insigniri.* *Digna* interim fuit, quae pro Christo sanguinem funderet, & tanquam Rosa caelestis sui cruoris profusione purpurata, in Paradisum transferretur manu divinâ & angelicâ.

Eulogius l. 3. c. 7. ex illo Baron. tom. 10. an. 853.

SS. Iulia & **Basilissa** eandem acciperunt gratiam.

Eccl. 39. Valeriano & Caeciliae, quam illud: *Obaudite*

me divinis fructibus, & quasi rosa plantata super rivum aquarum fructificare. Florete flores quasi lilium, & data odorem, & collaudate canticum. Utique collaudant canticum usque ad mortem, canticum fidei, & canticum Agni. Erat canticum fidei decantandum, supra quadringentos adduxit Caecilia praecentrix & hortatrix, quos & adduxit ad martyrium, tanquam rosas candidas & rubicundas, eas offerens dilecto suo candido & rubicundo, tanquam cereos & filios lucis offerens Patri luminum: unde quae antea cantantibus organis ad choreas ducebat, in nuptiali nocte cecinerat in corde suo: *Fiat Domine cor & corpus meum immaculatum.* In altera nocte, dum aurora finem daret, praecinebat & inelamabat novellis Christianis: *Ej, milites Christi, abjicite opera tenebrarum, & induimini arma lucis.* Praemisit ergo ipsa, tum Valerianum sponsum, tum Triburtium ejus fratrem, tum Maximum Imperatoris cubicularium, & quadringentos alios; praemisit, inquam, omnes hos ad martyrium & immolationem pro Christo, novissimè autem & ipsa post illos, tanquam principalis hostia immolata est, & consummata gloriose. Cujus certamen illustre cum Almachio Praefecto notissimum est, & decantatissimum ex sacris Historiis. Vnde illud hic praetereo.

Rom. 13.

Dicamus interim hic, frequenter à **Postulans** Domino postulare, ut cor nostrum sit immaculatum; quia ipse solus potest illud vel maculatum, vel à macula protegere. **Quam** tumlibet Moyses aspergillum accipiat cum hyssopo & filo cocineo, immergens illud in sanguinem victimae: quantumlibet aspergat altare, tabernaculum, librum, populum; nullam tamen in his omnibus sanctificationem aut purgationem efficere potest, nisi in virtute IESU Christi, & sanguinis ejus, qui se in victimam, & sanguinis sui conspersionem, & a inarum ordinavit sanctificationem & purgationem. Hic est ergo, qui potest cor immaculatum reddere, illudque ab omni labe protegere, ita ut nullam inveniat confusionem, qui quis ab eo toto corde exquisiverit puritatem. Praeterea ad eum inelamamus: *Fiat, Domine, cor meum immaculatum, ut non confundar.* Erratus post peccati labem a deum in gemis: *Amplius lava me ab iniquitate mea. Asperges me hyssopo, & mundabor lavabis me, & super nivem de alio labor. Cor mundum crea in me Deus, & spiritus rectum innova in visceribus meis.*

psal. 50.

Ita, Domine Iesu Christe, cordis nostri Creator, Auctor & Amator, illud evertit scopis perfectae contritionis & compunctionis, ut ab omni bus sit purum sordibus, quandoquidem illud in habitaculum tuum elegeris, nihil in eo sit, quod oculos offendat tuae Majestatis. Imò Sanctuarium & templum tuum est & altare, & sacrum Tabernaculum.

naulum; ideo asperge illud aqua gratia tua divina, purifica cruoris tui immaculati conspersione, sanctifica olei sancti unzione, & thymiamatis odoriferi concrematione & oblatione, ut nihil confusiois ultra in eo remanere valeat, nihil nisi acceptissimum Tibi in odorem suavitatis in eo reperiat.

LECT. 72. tripart.

DE EODEM FESTO.

Cantantibus organis, Cæcilia decantabat in corde suo, &c.

De organis ingratiarum musicorum.

Solent Musici S. Cæciliam ut Patronam sibi specialem eligere, ejusque diem festivo concentu celebrare, eo quod de illa Officium Ecclesiasticum habeat: *Cantantibus organis, Cæcilia in corde suo decantabat &c.* Hinc etiam depingi solet S. Cæcilia organis ludens. An tamen musices ipsa perita fuerit, & organa, sive instrumenta musica, propriis pulsant digitis, non est exploratum. Hoc enim tantum significat, quod ex Ecclesiastico Officio adducitur, prophanam lætitiā (ad quam excitabat musicos organorum concentu in nuptiis suis cum Valeriano) à se rejecisse, deprecando in corde suo Dominum, ut auxilio sibi foret ad conservandam virginitatem interemeratam cordis & corporis. Recte tamen ei organa attribuntur, & ea pulsans depingitur, quia sic erans corde confidenti & in cælum erecto, adimplebat illud: *Laudate eum in chordis & organo, laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis.* Extentæ erant cordis ejus chordæ, & bene sonabant, & resulebat sonus in cor Christi, jubilabatque spiritus ejus per confidentiam & charitatem Dei. Et hic est scopus & finis omnis cantus, omnisque musices, quæ in Ecclesia adhibetur, sive fiat per voces, sive per instrumenta & organa. Hinc illud monitum Apostoli: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine D. N. I. Christi Deo & Patri.*

Psalm. 150.

Laudate eum in chordis & organo, laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis. Extentæ erant cordis ejus chordæ, & bene sonabant, & resulebat sonus in cor Christi, jubilabatque spiritus ejus per confidentiam & charitatem Dei. Et hic est scopus & finis omnis cantus, omnisque musices, quæ in Ecclesia adhibetur, sive fiat per voces, sive per instrumenta & organa. Hinc illud monitum Apostoli: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine D. N. I. Christi Deo & Patri.*

Ephes. 5.

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine D. N. I. Christi Deo & Patri.

Organum varie sumitur.

Neque carent mystica significatione instrumenta varia ad concentum exhibita. Ac imprimis, si loquamur de Organis occasione Sanctæ Cæciliæ, sciendum quod organum est quandoque nomen generale, ita ut significet omnia vasa & instrumenta musica. Quandoque specialiter accipitur pro instrumento musico, quod multas habet fistulas sibi invicem ordinatas & flatu follium sonat. Quid vero mystice significat, nisi Ecclesiam, quæ multas complectitur personas diversis gradibus virtutum sibi invicem ordinatas, quæ follium inflatæ sonum emittunt? Quid enim per folles ventum & spiritum immittentes inflantur?

Organum ad aptatis.

las, nisi Sacramenta Ecclesiæ, quibus gratia effundetur in Ecclesiæ membra: accipimus? Adverte quoque, quod fistula quanto est exiguior, tanto acutior sonum reddit: quia quodlibet Ecclesiæ membrum, quanto humilior est, tanto acutior & gravior sonum in Dei aures mittit. Quid est ergo laudare Deum in organo, nisi Deum laudare per diversos Ecclesiæ gradus? Alium modum laudis habere debet Prælati, alium subditus, alium clericus, alium secularis, alium conjugatus, alium castus. Et sic de singulis. Ita incognitus explicans Psalmum ultimum.

Item Sanctus Augustinus in Psalm. 136, per orbem terrarum intelligit prædicationem verbi divini, & mysterium prædicationis sanctæ Scripturæ. Explicans enim illud: *In salicibus, in medio ejus, suspendimus organa nostra, sic ait:* Habent organa sua civitates Ierusalem, Scipituram sacram, promissa Dei, præcepta Dei, meditationem quandam futuri seculi. Sed cum agunt in medio Babylonis, organa sua in salicibus ejus suspendunt. Salices ligna sunt infructuosa, & hoc loco ita posita, ut non possint aliquid boni intelligi de salicibus, alibi forsitan potest. Intelligit ergo hic ligna sterilia nasci super flumina Babylonis, nullum fructum ferentia. Sic sunt homines avari, cupidi, steriles in omni opere bono, qui ita sunt civitates Babylonis, ut etiam ligna sint illius regionis, quia ex istis voluptatibus rerum transcurrentium nascuntur, tanquam rigata fluminibus Babylonis. Quarum fructum, & nusquam invenies. Quando tales videmus, & tam eos steriles invenimus, ut difficile appareat in eis aliquid, unde possint duci ad fidem rectam, vel ad bona opera, vel ad spem futuri seculi, vel ad concupiscentiam liberationis à captivitate mortalitatis, avertimus faciem: & licet scripturas novimus, eis tamen non dicimus eas, quia nullum fructum invenimus in eis, unde incipiamus. Tunc ergo dicimus: Adhuc istis non sapiunt, quia quidquid dixerimus, sinistra & ad versus habebunt. Ergo differendo circa eos scripturas, suspendimus organa nostra in salicibus. Non enim dignos habemus, qui organa nostra possint. Non ergo eis organa nostra inferendo alligamus: sed differendo suspendimus. Hæc S. Augustinus.

Secutus est S. Augustinus S. Gregorius lib. 33. Moral. cap. 6. ubi eundem versum Psalmistæ explicat in hoc eodem mystico & morali sensu. Audi ejus verba: *Infructuosæ quidem sunt arbores salicem, sed tamen tantæ viriditatis sunt, ut arefcere, vel abfcisse radices & projectæ, vix possint. Vnde in sacro eloquio salicum nomine aliquando pro viriditate boni, aliquando pro sterilitate reprobis designantur: nisi enim sancti electorum vitam pro constantia suæ viriditatis experimerent, nequaquam de Ecclesiæ filiis Propheta dixisset: *Germinabunt inter herbas sicut salices juxta aquas.* Sanctæ enim Ecclesiæ Filii inter herbas sicut salices germinant, dum inter arefcem*